

Ad cognitionem

gen. *Cosmoscarta* Stål [Hemipt. homopt.]

auctore

G. Breddin, berlinensi.

Cosmoscarta Hecuba n. spec.

♀. Mesosterno in tuberculos duos breviuscule conicos, haud nisi leviter compressos elevato. Rostro basin coxarum intermediarum haud vel vix attingente, articulis subaequilongis. Fronte a latere visa rotundata; vertice basique frontis linea impressa separatis. Pronoto distinctissime transverso (long.:lat. = 3:5), subsexangulari; humeris rotundatis, vix prominentibus; angulis posticis rotundato-deletis; margine postico rotundato-truncato; marginibus antero-lateralibus leviter reflexis; margine toto posthumerali anguste reflexo-elevato. Scutello quam latitudine sua basali vix longiore, disco leviter impresso, rugis destituto. Tegminibus circa medium latissimis, apice sat anguste corrotundatis. Pronoto et tegminibus dense et subtiliter punctatis; illius linea mediana subtiliter elevata anterius tantum distinguenda. Tibiarum posticarum spina post-mediana minuscula; antemedianam distinguere nequeo.

Nitidiuscula, dilute lutea. Fronte, pedibus abdomineque flavescens. Tarsorum apice, mesostethio, verticis limbo basali lineiformi, pronoti limbo angusto (antero-laterali angustissimo, antico excepto), eiusdem puncto pone cicatrices in linea mediana posito maculae corii parva discali circa apicem rugae plicatoriae introrsum posita nigris. Tegminum plus quam dimidio apicali (antice fere recte truncato) piceo, cupreo-micantulo, limbo antico huius liturae nigerrimo.

Long. cum tegm. 12 mill., lat. hum. 5 mill.

Borneo (Kina Balu Mons).

Species parva, modestior, *C. Dryopae* m., nisi fallor, affinissima.

Cosmoscarta cyaneiventris Walk.

Specimen unicum collectionis meae, quod ad hanc speciem refero, nonnullis notis a diagnosi Walkeriana differt:

♀. *Mesosterno utrimque ante coxas tuberculo distincte conico armato. Rostro minusculo, basin coxarum intermediarum haud vel vix attingente, articulis aequilongis. Fronte sat leviter protuberante, a latere visa subangulariter rotundata. Pronoto sexangulari, humeris vix prominulis, rotundatis; marginibus antero-lateralibus modice rotundatis, margine postico subtruncato; margine posthumerali subtilissime fliformiter elevato. Scutello quam latitudine sua basali longiore, acuminato, disco haud nisi leviter impresso, basin versus distinctius, apicem versus obsolete transversaliter rugoso. Tegminibus circa apicem partis tertiae basalis latissimis, deinde apicem versus sensim leniter angustatis, apice sat anguste corrotundatis; margine costali mediocriter rotundato.*

Nigra, nitidula, viridi-metallescens, scutello tegminibusque piceo-nigris, hoc colore pone medium corii sensim in sanguinescenti-fuscum transeunte, venis huius partis apicalis cermesinis. Corpore toto inferiore cum pedibus sordide cermesinis. Alis sordide hyalinis, apicem versus paulo obscurioribus.

Long. cum tegm. $14\frac{1}{2}$ mill., lat. hum. $6\frac{4}{5}$ mill.

Java (coll. mea).

Species minuscula, habitu nonnihil *C. fuscipennis* St. Farg. et Serv. admonens, at structura pectoris valde divergens.

Cosmoscarta submaculata Walk.¹⁾

Species ex affinitate *C. Proserpinae* White et *C. mellifluae* Bredd.

Mesosterno utrimque ante coxas tuberculo conico armato. Rostro minusculo, coxarum intermediarum basin haud attingente; articulis fere aequilongis. Fronte a latere visa rotundata, modice convexa; vertice frontisque basi linea tenui usque ad suturas iugorum percurrente separatis. Pronoto latiusculo, transversaliter sexangulari; humeris subprominentibus, rotundatis; marginibus antero-lateralibus modice rotundatis, postero-lateralibus late leviterque sinuatis; margine postico sinuato-truncato; margine partis posterioris distinctissime reflexo; linea mediana glabra vix elevatula. Scutello quam latitudine sua basali longiore, in apicem acuminatum producto, transversaliter rugoso, disco impresso. Tegminibus ante medium latissimis deinde distincte angustatis, apice sat anguste corrotundatis; his et pronoto dense punctulatis.

¹⁾ Identificatio hypothetica sec. diagnosin. *Cosm. submaculata* Stål, nec Walker, ad aliam speciem pertinet; vide pag. 94.

Laete flava, nitidula. Scutello nigro-piceo (raro flavo), apice saepe dilutiore. Tegminum maculis octo (vel novem) nigro-piceis, in series binas obliquas subcurvatas ordinatis [2 (vel 3) + 6], ita ut tres (1 + 2) parvae inveniantur in clavo (macula seriei posterioris externa elongate-quadrangulari, costam retrorsum nonnihil sequente). Tegminum parte apicali tertia vel sordide flavo-diaphana, vel fuscescenti, antrorsum plagis nonnullis nigricantibus, nonnunquam deficientibus terminata. Pectore ventrequae piceis vel piceo-nigris. Rostro, pedibus limboque laterali segmentorum ventralium et apicali (saltem extrorsum) cum apparatu genitali feminae flavis. Femoribus posticis vel posterioribus basin versus saepe picescentibus. Dorso abdominis flavo, latera versus interdum subpicescenti. Alis subsordide flavidis. Maculae clavi interdum desunt.

Long. cum tegm. $18\frac{1}{2}$ — $19\frac{1}{2}$ mill., lat. hum. $8\frac{1}{2}$ —9 mill.

Java (coll. mea).

var. *borneensis* n.

Specimina e Borneo septentrionali reportata a javanis differunt statura maiore, pronoti marginibus antero-lateralibus fortius rotundatis, scutello, quod scio, semper flavo tuberculisque mesosterni fortioribus atque elevatis.

Borneo (Kina Balu Mons, coll. mea).

Cosmoscarta Niobe n. spec.

♀. *C. tricolori* St. Farg. & Serv. et *C. basinotatae* Batl. affinisissima et quoad signaturam tegminum huic speciei simillima, differt:

*Corpore paululo minore pronotoque angustiore. Pronoto fuscescenti-punctato, callositatibus numerosis vermicularibus latiusculis inter puncta distinctissime intermixtis scabro. Linea elevata mediana pronoti saltem anterieus distincta. Pronoto antice verticeque basin versus dilute picescentibus. Tegminum basi maculis sex albidis notata, praeterea (quod in speciminibus *C. basinotatae* a me examinatis nunquam vidi) basi areae costalis corii basique clavi dilute flavis. Dorso abdominis nigro; limbo angustissimo apicali segmentorum, medio antrorsum in maculum minutam dilatato, flavo.*

Long. cum tegm. 22 mill., lat. hum. $8\frac{1}{2}$ —9 mill.

Borneo (Kina Balu Mons, coll. mea).

Cosmoscarta Progne n. spec.

[*C. sanguiniflua* Bredd., Jahrb. Hamb. Wiss. Anst. XVI, 2. Beih. Tab. fig. 10 (1899), figura (nec diagnosis!)]

Sub nomine *C. sanguiniflua* l. c. p. 30 formas tres olim confudi, quae nunc specificè distinguendae potius esse mihi videntur.

♂♀. *Dilute aurantiaco-rubra* (an subdecolor?). *Tegminibus picescenti-nigris*, (ut l. c. in fig. 10) *aurantiaco-rubro-signatis: corio ante partem reticulatam fascia percurrente subaequilata ac rectissima, prope costam nunquam antrorsum, immo potius paululo retrorsum curvatula. Macula discali ante medium corii posita introrsum fere usque ad suturam clavi extensa ibique lutissima et truncata. Macula basali areae costalis costam haud attingente. Clavi macula maxima subtrapezoidea. Pronoti maculis duabus anterioribus impressis nigris. Scutello sordide aurantiaco vel piceo. Frontis lateribus, pectore pedibusque picescentibus. Tibiis anterioribus apicem versus saepius in aurantiacum vergentibus. Abdomine nigro-piceo. Alis sordide flavidis.*

Pernulta specimina examinavi omnino convergentia.

Long. cum tegm. 18—19 mill., lat. hum. 7—7½ mill.

Sumbawa (Tambora 1897); Java (Malang, coll. mea, haec patria tamen verisimiliter incorrecta).

Cosmoscarta Philomele n. spec.

♂. *Species minuscula. Dilute aurantiaco-rubra* (an subdecolor?). *Tegminibus subpicescenti-nigris, ante partem reticulatam macula maiuscula transversa, medio valde lata, latera versus acuminata nec marginem costalem nec suturam clavalem attingente aurantiaca ornatis. Macula discali ante medium corii posita fere orbiculari. Areae costalis tota parte basali (fere usque ad apicem apparatus plicatorii)), clavi basi eiusdemque stria venam occupante et antrorsum attenuata ibique cum litura basali cohaerente aurantiacis. Maculis duabus impressis pronoti, scutello, frontis lateribus, pectore, abdomine pedibusque nigro-piceis vel piceis; tibiis anterioribus aurantiaco-flavis; femoribus anticis aurantiaco-piceis.*

Long. cum tegm. 15 mill., lat. pron. 5½ mill.

Flores (coll. mea).

1) „Apparatum plicatorium“ dico rugam illam basalem longitudinalem tegminum *Cercopidarum* utrumque linea impressa (exteriore longiore quam interiore) inclusam.

Cosmoscirta sanguiniflua Bredd.

[Jahrb. Hamb. Wiss. Anst. XVI, 2. Beih. p. 30 (1899), diagnosis (nec figura!)]

♂. *Pulchre sanguinea. Corio nigro, ante partem reticulatam intus fasciola ex maculis duabus confluentibus composita, extus macula rotundata costali ornato; hac macula a fasciolae extremitate discali visa distincte antrorsum dislocata. Macula discali ante-mediana corii transversa versus suturam clavalem angustiore et rotundata, macula basali areae costalis costam ipsam haud attingente, stria lineiformi clavi venam anteriorem occupante sanguineis. Pronoti maculis nigris anterioribus hic quam in speciebus praecedentibus maioribus. Frontis sanguineae lateribus haud vel vix obscurioribus. Pectore piceo; ventre cruento-nigro. Pedibus anticis subsordide sanguineis, posticis cruentis.*

Long. cum tegm. 20 mill., lat. hum. $7\frac{3}{4}$ mill.

Lombok (coll. mea).

Cosmoscirta Medea n. spec.

♂. *Mesosterno utrimque ante coxas plica transversa medio obtuse angulariter elevata instructo, margine ipso ante coxas sat alte sublaminato-elevato. Rostro basin coxarum intermediarum vix attingente, articulis subaequilongis. Fronte a latere visa modice prominente, rotundata, vertice frontisque basi linea impressa separatis. Pronoto sexangulari longiusculo, retrorsum sat longe producto, paulo minus quam quarta parte latiore quam longiore; marginibus antero-lateralibus vix rotundatis, angustiuscule subreflexis; humeris vix prominulis, subangularibus apice rotundatis; marginibus postero-lateralibus longis, in marginem angustiusculum posticum late rotundatum imperceptibiliter transeuntibus; margine toto post-humerali filiformiter elevato. Pronoto dense et quam hemelytris paulo rudius punctulato, rugulis minutis punctulis intermixtis et praeterea rugis latis parumque elevatis transversaliter subpercurrentibus et fere parallelis instructo; linea mediana anterie nonnihil elevata. Scutello quam latitudine sua basali longiore, apice graciliter acuminato-producto, transversaliter rugoso. Tegminibus pone partem tertiam basalem sensim leviter angustatis, apice modice late corrotundatis.*

Nitidula; pronoto sericeo-subopaco, tegminibus brevissime griseo-pilosulis. Fronte, vertice pronotoque toto laete aurantiacis;

huius impressionibus duabus anterioribus ferrugineis. Scutello piceo-cermesino. Tegminibus nigris, hoc colore circa basin apparatusque plicatorium in nigro-cermesinum sensim transeunte; maculis tribus magnis subdiffusis atque minus claris sanguinescentibus (una elongate subrhomboidea clavi maximam partem apicalem occupante, altera elongata corii iuxta suturam clavalem posita et mox pone bifurcationem sectoris interioris ramum curvatum acuminatumque introrsum et retrorsum emittente, tertia transversaliter ovata mox ante partem reticulatam posita). Corpore inferiore cum pedibus, frontisque lateribus et apice nec non dorso abdominis subpicescenti-cruentis vel cruento-piceis. Alis fumigatis; regione costali ultra medium dilute cermesina.

Long. cum tegm. 22 mill., lat. hum. $8\frac{1}{2}$ mill.

Flores (coll. mea).

Structura pectoris *C. sanguinifluae* Bredd. speciebusque vicinis affinis, tamen pronoto longo et rugoso facillime distinguenda.

C. impressa Walk., mihi incognita, forte ad speciem eandem vel affinem pertinet, quod tamen ex diagnosi auctoris pro certo erui nullo modo potest.

Cosmoscarta angulosa Stål

Cosm. angulosa Stål Hemipt. Fabr. 2, p. 11 (sine titulo) (1869).

Cosm. flaccida Butl. Cist. Ent. I, p. 247 (1876).

Cosmoscarta Masoni Dist.

Cosm. angulosae Stål simillima, differt pronoti angulis humeralibus acutangulariter valde prominentibus, apice acutissimis, et etiam macula antica pronoti tegminibusque nigerrimis.

Long. cum tegm. 20 mill., lat. hum. $10\frac{3}{4}$ mill.

Borneo (Kina Balu Mons).

Cosmoscarta funeralis Butl.

Species secundum descriptionem auctoris minus correctam aegre eruenda.

♀. *Structura et magnitudine C. megameræ* Butl., pronoto, ut illa, fortiter rotundato instructa, tegminibus et praesertim pronoto magis nitidis. Tegminum nigerrimorum venis fortius elevatis; area tegminum inter ramos sectoris interioris inclusa latiuscula, venulis et areolis impleta. Scutello picescenti. Prothorace capiteque cruentis vel subpiceo-rubris. Pectore piceo. Abdomine laete sanguineo;

fasciis ventris maximam partem basalem segmentorum occupantibus, medio interruptis, maculaque magna rotundata discali utrimque in area connexivali cuiusque segmenti ventralis posita nigris. Pedibus sanguineis, femoribus apicem versus nigricantibus; tibiis anterioribus obscurioribus. Alis sat obscure fumigatis.

Long. cum tegm. 22 mill., lat. hum. $8\frac{1}{3}$ — $8\frac{2}{3}$ mill.

Sikkim (coll. mea).

Cosmoscarta Hippodamia n. spec.

♂♀. Mesosterno utrimque ante coxas plica transversa, ab antico visa angulariter protuberante instructo. Pronoti humeris distincte apertangulariter subprominentibus, apice leviuscule derotundatis; marginibus antero-lateralibus subrectis; margine postico leviter lateque rotundato; toto margine posthumerali distincte reflexo. Scutello quam latitudine sua basali vix longiore. Tegminibus mox pone basin latissimis, deinde apicem versus sensim leviter angustatis, apice sat anguste corrotundatis; margine costali basin versus fortiter curvato. Nervatura tegminum forti, area inter ramos sectoris interioris inclusa lata, venulis et areolis omnino expleta.

Nitidissima, dilute sanguinea, scutello paulo obscuriore. Tegminibus nigris, aenescentibus, limbo ipso costali sordide sanguinescenti. Pectore nigro piceo; ventre nigro, apice limboque laterali apicem versus (circa incisuras introrsum fasciolas emittente) nec non dorso abdominis dilute sanguineis.

Long. cum tegm. 24—25 mill., lat. hum. 9— $9\frac{1}{4}$ mill.

Malacca (Perak, coll. mea).

Species magnifica, *C. viridicanti* Guér. omnium maxime affinis, pronoto ut in illa specie formato tegminibusque eodem modo innervatis et aenescentibus; differt tamen praeter colores tegminibus hic apicem versus distincte minus fortiter angustatis. Coloribus haec nostra species magis ad *C. funeralem* Rutl. appropinquat, differt tamen praeter nervaturam fortiolem et splendorem metallicum tegminum pedesque unicolores humeris angulariter prominentibus marginibus pronoti antero-lateralibus fere rectis margineque costali tegminum basin versus fortius rotundato.

Cosmoscarta Eurydice n. spec.

♂. Mesosterno ante coxas utrimque plica transversa, ab antico visa angulariter protuberante instructo. Rostrum apicem coxarum intermediarum subattingente, articulis subaequilongis. Fronte a latere

*visa rotundata. Capite superno inter verticem frontisque basin transversaliter nonnihil depresso. Pronoto transversaliter sexangulari; humeris sal fortiter prominentibus, distinctissime rectangularibus, vix apice ipso rotundato-obtusatis; marginibus antero-lateralibus subrectis; parte pronoti tota posthumerali longe retrorsum producta; marginibus postero-lateralibus longis, pone humeros sinuatis, deinde nonnihil rotundatis; margine postico angustissimo, quam scutelli basi paulo unguiore, recte truncato. Marginibus antero-lateralibus, nec non humeralibus et postero-humeralibus distinctissime reflexis; margine postico haud reflexo. Scutello ut in *C. viridicanti* Guér. formato. Tegminum venis mediocriter elevatis; spatio inter ramos sectoris interioris incluso tantum apicem versus areolato. Tegminibus subtiliter et confertissime, pronoto quam illis multo distinctius punctato, huius linea mediana nusquam elevata.*

Sat fortiter nitida. Pedibus anterioribus, capite, pronoto scutelloque aurantiaco-rubris, scutello tamen, pronoto basin versus femoribusque basin versus paulo obscurioribus. Tegminibus nigris, pulchre coeruleo-viridi-metallescentibus; costa ipsa usque ad basin partis reticulatae sanguinea. Pectore, rostro pedibusque posticis piceis; horum tibiis circa medium tarsisque praesertim apicem versus dilutioribus. Abdomine piceo-nigro. Alis obscure nigricantibus, cyaneo-micantibus.

Long. cum tegm. 21 mill., lat. hum. $8\frac{3}{4}$ mill.

Java (coll. mea).

A *C. Hippodamia* m. statura minore, corpore minus nitido, tegminum margine costali basin versus minus rotundato, nervatura levioere, humeris acutius angularibus primo intuitu distinguitur. Cum *C. nigripenni* Fabr. propter staturam robustiorem, pronoti formam hemelytraque fortiter metallescencia vix confundenda.

Cosmoscarta Hecate n. spec.

♂♀. *Mesosterno utrimque ante coxas plica transversa ab antico visa angulariter protuberante instructo. Rostro basin coxarum intermediarum subsuperante, articulis subaequilongis. Fronte a latere visa rotundata; vertice basique frontis impressione medio interrupta separatis. Pronoto sexangulari; humeris parum prominentibus rotundatis; marginibus antero-lateralibus leviter rotundatis; margine postico late rotundato, in margines postero-laterales indistincte transeunte. Punctura pronoti densa quamque tegminum paulo rudiore; linea mediana obsolete elevata. Marginibus posthumeralibus reflexis,*

circa medium marginis postici tamen levissime. Scutello quam latitudine sua basali fere aequilongo, subobsolete transversaliter rugoso, disco impresso. Tegminibus nonnihil ante medium latissimis, deinde apicem versus parum angustatis, apice ipso modice late rotundato; margine costali mediocriter rotundato. Nervatura tegminum sat fortiter elevata; spatio inter ramos sectoris interioris incluso venulis areolisque nonnullis expleto.

Sat nitida, piceo-nigra, hemelytris praesertim apicem versus nigerrimis, splendore metallico nisi quam obsolete destitutis. Rostro, pedibus ventreque flavis, hoc seriebus quatuor longitudinalibus macularum nigrarum notato; femoribus anterioribus supra ante apicem picescenti-subannulatis. Dorso abdominis dilute sanguineo. Alis dilute fusciscentibus.

Long. cum tegm. 17—18 mill., lat. hum. $6\frac{3}{4}$ —7 mill.

Malacca (Perak, coll. mea).

A *C. Butleri* Dist., sec. diagnosin, statura minore, splendore metallico omnino deficiente ventreque aliter maculato certissime differt. *C. rugulosae* Walk. forte affinis, tamen magnitudine item minore ventrisque coloribus aliis sat distincta videtur esse.

Cosmoscarta dimidiata Dall.

Cercopis dimidiata Dall., Trans. Ent. Soc. (2) I, p. 11 [1850 (♀)].

Cercopis (*Cosmoscarta*) *undata* Walk., List Hom. Ins. III, p. 659 [1851]. Stål, Öfv. Vet.-Ak. Förh. XXII, p. 148 [1865 (Himalaya ♂♀; Pulo Pinang ♀)].

Cercopis flexifascia Walk., Journ. Linn. Soc. Zool. X, p. 286 [1870 (♀)].

var. *Eugenie* n. var.

var. *subapicalis* Walk.

Cercopis subapicalis Walk., Journ. Linn. Soc. Zool. X, p. 287 [1870 (♀)].

var. *discrepans* Walk.

Cercopis discrepans Walk., Journ. Linn. Soc. Zool. I, p. 95 [1857].

Cosmoscarta malaya Stål, Öfv. Vet.-Ak. Förh. XXII, p. 147 [1865 (♂)].

Cercopis subapicalis var. β Walk., Journ. Lin. S. Zool. X, p. 287 [1870].

Cercopis obtusa Walk., Journ. Linn. Soc. Zool. X, p. 287 [1870 (♂)].

Cercopis coeruleicollis Leth., Ann. Mus. Civ. Genova (2) VI, p. 469 [1888 (♂)].

Patria: Butan (var. *dimid.*, sec. Dallas), Himalaya (var. *dimid.*, sec. Stål), Malacca, Perak (var. *dimid.* et *discrep.*, Stål et coll. mea), Pulo Pinang (var. *dimid.*, Stål), Sumatra (var. *dimid.*, sec. Walker;

90 *G. Breddin: Ad cognitionem gen. Cosmoscarta Stål.*

var. *subapicalis*, sec. Walker; *discrepans*, coll. mea et sec. Walker;
var. *Eugenie*, coll. mea), Nias (var. *discrepans*, sec. Lethierry), Java
(var. *subapicalis*, coll. mea).

Cosmoscarta dimidiata typica.

Specimina, quae examinavi, malaccensia valde variant latitudine fasciae pronoti fasciaeque postmediana corii nunc integra nunc in maculas dissoluta; differunt a specimine sikkimensi tegminum maculis basalibus nunquam confluentibus¹⁾.

var. *Eugenie* n. var.

♀. *Ut forma typica maculata at pronoto luteo-albo, macula antica transversaliter quadrangulari limboque posthumerali angustissimo cyanescenti-nigris. Tegminum lituris luteo-albis (nec sanguineis) omnibusque latis (fascia tegminis posteriore percurrente, medio maculiformiter retrorsum dilatata, fascia anteriore medio ramulum retrorsum et prope suturam clavalem ramum longe antrorsum emittente). Maculis clavi late confluentibus partemque longe maximam clavi occupantibus.*

Long. cum tegm. $13\frac{1}{2}$ mill., lat. hum. 6 mill.

Unicum specimen in Sumatra sept.-orient. (Tebing-Tinggi) a Dom. Schultheißs quondam captum, cuius uxori viduae gratus varietatem dedico.

var. *subapicalis* Walk.

Specimen coll. meae cum diagnosi auctoris optime congruens hic describam:

♂. *Nigra, pronoto laete luteo, huius limbo angustissimo posthumeruli (versus humeros paululo dilatato) maculaque transversaliter quadrangulari antica cum capite superiore et scutello cyanescenti-nigris. Tegminum fasciola exteriori mox ante partem reticulatam posita subobliqua, ex maculis duabus conflente, maculaque minuta corii prope apicem clavi posita sanguineis.*

Java (coll. mea; an patria incorrecta?).

Haec varietas pronoti colore cum var. *dimidiata typica* et

¹⁾ Specimen ex India septentrionali reportatum dorso abdominis ferrugineo-flavo (nec cyaneo) gaudet, qui tamen color secundum auctores videtur variare (cf. Walker, List Hom. Ins. III, p. 660, var. δ).

praesertim cum var. *Eugenia*, tegminum lituris cum var. *discrepanti* congruens, omnino medium tenet inter has formas¹⁾.

var. *discrepans* Walk.

♂. *Inveniuntur specimina tegminibus sexmaculatis praedita. Hae maculae in series transversas binas (3 + 3) obliquas et curvatas dispositae accuratissime formam fasciarum duarum Cosm. dimidiatae typicae repetunt. Umbrue binae subbasales tegminis obsoletissime sanguinescentes maculis duabus subbasalibus illius formae typicae respondent*²⁾.

Cosmoscarta liturata Walk.

var. *sumbana* n. var.

Cosmoscarta parva e Sumba insula reportata a diagnosi *C. lituratae* Walk. differt his notis:

♂♀. *Capite sordide aurantiaco; pronoto nigro, limbo luto laterali et postico laete aurantiacis; scutello nigro, basi latera versus aurantiaco-maculato, lituris tegminum pulchre aurantiacis; pedibus piceis, femoribus anticis apicem versus tibibusque eorundem pedum saepius paulo dilutioribus. Dorsio abdominis piceo-nigro. Alis dilute fumigatis.*

Long. cum tegm. 12—13 $\frac{3}{4}$ mill., lat. hum. 5—5 $\frac{1}{2}$ mill.

Sumba (coll. mea; permulta specimina examinavi).

Cosmoscarta Thalia Stål

Cercopis Thalia Stål, Berl. Ent. Zeitschr. XXII, p. 153 [1861].

Cercopis intermedia Walk., Journ. Linn. Soc. Zool. X, p. 277 [1870].

Cosmoscarta Leucothoe n. spec.

♂. *Species parva et elegantula C. semicinctae* Walk. (= *C. callizonae* Butl. Dist.) *affinis. Pronoto paulo distinctius sexangu-*

¹⁾ Walker, Journ. Linn. Soc. Zool. X, p. 287 [1870] describit: „*C. subapicalis* var. β “ „capite thoraceque nigro-purpureis“ hanc „varietatem“ a *Cosm. discrepanti* Walk. nullo modo distingui posse plane apparet.

²⁾ Specimina malesia var. *discrepantis* omnia a Stål et Lethierry et a me examinata masculina sunt; formae *dimidiatae typicae* specimina omnia malesia a Stål et Walker et a me visa feminina sunt (an dichromismus sexualis?). In India autem continentali sec. Stål var. *dimidiatae typicae* feminae et mares inveniuntur aequabiliter colorati.

lari, angulis posticis distinctioribus, margine postico truncato, marginibus antero-lateralibus distinctius reflexis, marginibus posthumeralibus tenuiter (circa mediam scutelli basin subtilissime) elevatis. Pronoto subtiliter punctato, rugulis minutissimis subtransversis inter puncta intermixtis, sericeo-micante, cum tegminibus brevissime griseo-pubescenti. Linea mediana tenuissima atque obsoleta, antrorsum paulo distinctiore. Tegminibus circa apicem partis tertiae basalis latissimis, deinde apicem versus sensim obsolete angustatis, sat longe fere aequilatis; apice quam in C. semicineta nonnihil angustius corrotundato.

Nitidula subcoerulescenti-nigra. Fascia latiuscula postica pronoti curvata humerosque versus angustata, marginem ipsum nigrum relinquente aurantiaca. Scutelli dimidio apicali laete sanguineo. Tegminibus nigris; basi ipsa cum ruga plicatoria laete sanguinea; parte circiter tertia basali (limbo anguste et scutellari et costali lineisque duabus percurrentibus — altera apparatus plicatorium, altera suturam clavi notantibus — nigris exceptis) nec non fascia lineiformi subobliqua mox ante partem reticulatam posita, extus et intus nonnihil decurtata et venis ipsis nigricantibus interrupta albidis. Frontis apice lateribusque, prostethio (limbo laterali excepto), rostro pedibusque cruentis. Rostris apice femoribusque posticis basin versus picescentibus. Pectore nigro-piceo. Abdomine nigro; segmentorum limbis apicali et exterioribus sanguineis. Alis subsordide hyalinis.

Long. cum tegm. $11\frac{1}{2}$ mill., lat. hum. $4\frac{1}{2}$ mill.

Celebes merid. (Wawokaraeng, m. Februario leg. Fruhstorfer; coll. Melichar).

Et *C. Callirrhoeae* Bredd. quoque similis, at item minor coloribusque facile distinguenda.

Cosmoscarta Terpsichore Stål

Cercopis Terpsichore Stål, Berl. Ent. Zeitschr. XXII, p. 152 (1861).

Cercopis semilurida Walk, Journ. Linn. Soc. Zool. X, p. 282 (1870).

var.

Tegminibus nigris, luteo-quadrinaculatis (fascia antica formae typicae in maculas duas dissoluta, altera in clavo posita subrhomboidea a basi clavi longe remota, altera corii subfasciiformi curvata); basi ipsa tegminum dilute sanguinea.

Nova Guinea (Mus. Breslau).

Cosm. miranda Butl. cum hac varietate congruere mihi videtur; *Cosm. inauratam* Butl. a speciminibus dilute coloratis *C. Terpsichorae* secundum diagnosin distinguere nequeo.

Cosmoscarta Erato n. spec.

♂. *Mesosterno omnino inermi, margine ipso ante coxas intermediis anguste elevato. Rostro parvo, coxarum intermediarum basin haud attingente. Fronte a latere visa rotundata; vertice basique frontis linea impressa distincta separatis. Pronoto indistincte sexangulari; humeris nonnihil prominulis, valde derotundatis; marginibus antero-lateralibus rotundatis, sat anguste at distincte reflexis; marginibus postero-lateralibus nonnihil reflexis, margine postico late rotundato; angulis posticis rotundato-deletis. Linea mediana glabra pronoti saltem anteriùs distincta. Scutello parvo, quam latitudine sua basali vix longiore; basi ipsa medio impressa. Tegminibus ante medium latissimis, deinde apicem versus longe subaequilatis; apice sat anguste corrotundato. Tibiis posticis bispinosis; spina subbasali parva atque obsoleta.*

Sat nitida quamvis supra pilositate brevi albicanti tecta. Laete sanguinea. Macula clavi iuxta scutellum posita marginem scutellarem nunquam tangente, macula maiore rotundata discali corii ad apicem apparatus plicatorii nonnihil introrsum posita, fascia latiuscula percurrente mox pone medium corii posita, extus nonnihil dilatata pauloque antrorsum producta circa medium subcoarctata deinde introrsum aequilata clavique quoque apicem occupante nigris. Parte reticulata tegminum sordide flavescenti basin versus sensim nigricanti. Abdomine, pectore (prostethio excepto) pedibusque posticis nigris. Rostro picescenti. Alis sordidis, limbo paulo obscuriore.

Long. cum tegm. 16—17 mill., lat. hum. $6\frac{1}{2}$ —7 mill., lat. exp. tegm. $32\frac{3}{4}$ mill.

Sumbawa (Tambora, coll. Melichar); Java, Sumatra (coll. mea, an haec patria incorrecta?).

Cosmoscarta Dirce Bredd.

var.

Specimina celebensia, quae vidi, ab illis ex insulis Obi reportatis omnia divergunt fascia tegminum antemediana sanguinea hic indistinctius curvata, fere recta staturaque paulo maiore.

var. b) m.: ad formam typicam obiensem;

var. c) m.: (*nigricans*) ad varietatem celebensem pertinent.

Species, ut videtur, *C. obiensi* Dist. similis et forte eiusdem tantum varietas est.

Cosmoscarta Mnemosyne n. nom.

C. submaculata Stål (nec Walker), Öfv. Vet.-Akad. Förh. XXII, p. 149 (1865).

Species mihi incognita a Stål hoc nomine descripta cum *C. submaculata* Walkeriana nullo modo coniungenda est¹⁾. Est species „mesosterno tuberculis vel spinis conicis destituta“, quae *C. bispeculari* Walk. dicitur esse affinis et sine nullo dubio ad aliam quandam divisionem generis pertinet. Et descriptio liturarum tegminis cum diagnosi Walkeriana nullo modo congruit.

Species *Cosmoscarta guttatae* St. Farg. *similes*.

Species et formas huius divisionis²⁾, quarum nonnullae inter se simillimae sunt, hoc schemate distinguo:

a *Fronte inermi, a latere visa rotundata.*

b *Pronoto glabro, nunquam rugoso.*

c *Tegminibus haud maculatis sed linea angulariter fracta notatis C. Helena* n. spec.

cc *Tegminibus ante medium maculatis.*

d *Margine costali tegminum concolori raro nigricanti (tum basi tegminum concolori nec nigra). Corio macula accessoria nigra in area costali circa apicem partis basalis quartae posita raro deficiente notato . . .*

C. guttata St. Farg. et Serv.

dd *Margine costali cum basi ipsa tegminum nigerimo, maculis tegminum plus minusve obsoletis ac parvis, una alterave saepissime deficiente; macula accessoria areae costalis semper deficiente.*

e *Limbo nigro costali in quarta parte basali basin versus sensim distinctissime dilatato et imperceptibiliter in basin nigram tegminum exeunte. Ventre quadriseriatim nigromaculato . . C. Briseis* n. spec.

ee *Limbo nigro costali in quarta parte basali haud nisi obsoletissime dilatato, in basin (et hic quoque nigram) haud sensim transeunte. Ventre (an semper?) immaculato C. Chryseis* n. spec.

¹⁾ cf. supra p. 82.

²⁾ *C. concolorem* Walk. et *semipardalem* Walk., *C. guttatae*, ut videtur, item affines, secundum diagnoses pauperculas auctoris eruere nequeo. *C. Horsfieldi* Dist. mihi est incognita.

bb *Pronoto plus minusve distincte rugoso.*

f *Pronoto picescenti-nigro; rugis paucis latissimis transversis subparallelis instructo*
C. Cassandra n. spec.

ff *Pronoto piceo; rugis multis irregularibus fortiter elevatis scabro. Rostro longissimo, trochanteres intermedios superante* *C. scabra* Dist.

aa *Fronte infra tuberculis duobus iuxtupositis brevissime conicis armata, a latere visa infra distincte angulata.*

g *Tegminum limbo lato costali fasciaque cum eo cohaerente (saepe intus decurtata) nigris; frontis tuberculis minus distinctis* *C. ophir* Dist.

gg *Tegminum parte plus quam dimidia basali concolori; frontis tuberculis distinctissimis*
Polyxena n. spec.

Cosmoscarta Helena n. spec.

♀. *Magnitudine, structura capitis, pronoti, scutelli pectorisque cum C. guttata* St. Farg. congruens. *Rostrum coxarum intermediarum apicem subattingente, picescenti; articulo secundo quam primo paulo brevior. Pronotum distincte transversum; humeris subangulato-prominulis, apice derotundatis; marginibus antero-lateralibus subrectis; margine postico leviter rotundato; angulis posticis rotundatis fere deletis. Punctura pronoti sat remota, subobsoleta; linea mediana tenuiter at distinctissime elevata. Tegminibus ante medium latissimis, deinde apicem versus longe subparallelis, apice modice late corrotundatis.*

Capite pronotoque subpicescenti-nigris; hoc nitido, haud vel vix metallescenti; marginibus imis antero-lateralibus picescenti-brunneis; pectore scutelloque piceis. Pedibus, abdomine et tegminibus subferrugineo-flavescentibus. Horum parte circiter tertia apicali (venis omnibus usque ad marginem flavescentibus vel extus rosescentibus exceptis), limbo angustissimo costali (cum macula parva quadrangulata baseos imae antrorsum cohaerente) nec non linea oblique transversa in dimidio basali tegminum posita circa corii medium subito infracta angulumque rectum versus basin tegminum apertum efficiente dilute nigris. Tibiis intermediis apice excepto, posticis basi excepta picescentibus. Alis sordide hyalinis.

Long. cum tegm. 15 mill., lat. hum. 6 mill.

Java (coll. mea).

Cosmoscarta guttata St. Farg. et Serv.

Species valde variabilis; an complures species affinisimae?

var. *piceicollis* n. var.*Pronoto, capite scutelloque piceo-brunneis, maculis tegminum vel magnis vel mediocribus.*Long. cum tegm. 16—17 $\frac{3}{4}$ mill.

Malacca (Perak, coll. mea), Borneo (an recte?).

Haec varietas habitu coloribusque *C. scabrae* Dist. admonet, quae iisdem occurrit locis, pronoti sculptura rostrique brevitate facile distinguitur.*Cosmoscarta Briseis* n. spec.

♂♀. Magnitudine, structura et coloribus *C. Cassandrae* m.; pronoti sculptura facile distinguenda. Pronoto glabro, cum scutello nigro-piceo, haud metallescenti, nitido, sat remote subtiliterque punctato, quam in *C. Cassandra* paululo angustiore, angulis posticis hic omnino deletis margineque toto posthumerali subsemicirculari. Rostro picescenti-flavo basin coxarum intermediarum vix superante, articulo secundo quam primo nonnihil brevior. Tegminibus ferrugineo-flavis, sat latis, per maximam partem fere aequalis; apice late corrotundato; margine costali praesertim basin versus sat fortiter rotundato. Limbo costali nigerrimo, basin versus in tegminum parte quarta basali sensim fortiter dilatato cumque basi tegminum ipsa nigra imperceptibiliter confluenta; parte tegminum apicali circiter tertia cum apice clavi nigerrima, antice profunde sinuata; venis nonnullis discalibus basalibus huius partis ferrugineo-flavis. Maculis nigris tegminum minusculis plerumque 6 (3+3); raro 5 vel 7 numerantur. Pedibus aurantio-flavis; tarsi apice nigri. Abdomine aurantio-rubro, infra quadriseriatim nigro-maculato. Alis sordide hyalinis.

Long. cum tegm. 13—15 $\frac{1}{2}$ mill., lat. hum. 5 $\frac{1}{2}$ —6 mill., lat. exp. tegm. 28—28 $\frac{1}{2}$ mill.

Banguey (prope Borneo, mus. Hamb. et coll. mea).

Cosmoscarta Chryseis n. spec.*C. ophir* var. Dist., Trans. Ent. Soc. Lond. 1900, p. 675.

♂♀. Structura coloribusque cum *C. Cassandra* et *C. Briseide* congruens, pronoto tamen paululo latiore humerisque distinctius prominulis. Rostro piceo vel picescenti, basin coxarum intermediarum superante; articulo secundo apicem versus sensim nonnihil

dilatato, quam primo paulo longiore vel ei aequilongo. Pronoto glabro nitido nigerrimo vel subpicescenti-nigro, haud metallescenti, margine ipso reflexo piceo. Scutello obscure piceo. Tegminibus subelongatis, per maximam partem fere aequilatis, apice sat late corrotundatis; limbo costali anguste nigerrimo, in tertia parte basali haud sensim dilatato sed in maculam parvam subquadratam nigricantem baseos exterioris subito exeunte. Parte apicali tegminum circiter tertia fere ut in *C. Briseide colorata*. Maculis dimidii basalis tegminum minusculis et compluribus saepe obsoletis; quatuor (2+2) vel rarius quinque vel sex numerantur. Pedibus abdomineque laete flavis, hoc in speciminibus examinatis immaculato. Alis leviter fumigatis.

Long. cum tegm. $13\frac{1}{2}$ —16 mill., lat. hum. $5\frac{2}{3}$ — $6\frac{1}{3}$ mill.

Malacca (Perak, coll. mea).

Cosm. ophir var. Dist., Trans. Ent. Soc. Lond. 1900, p. 675:

„There is a variety“ etc. ad hanc speciem pertinet, quae saepius intermixta cum *C. ophire* occurrere videtur. *C. ophir* frontis structura, pronoto parvo et metallescenti coloribusque corii distinguitur.

Cosmoscarta Cassandra n. spec.

♂♀. Species ex affinitate *C. guttatae* St. Farg. et Serv.

Rostro sat gracili inter coxas intermedias extenso; articulo secundo quam primo vix brevior. Fronte inermi, a latere visa rotundata. Pronoto sexangulari, at angulis posticis rotundato-subdeletis; margine postico levissime rotundato; angulis humeralibus leviter prominentibus, lute derotundatis; marginibus antero-lateralibus leviter rotundatis, nonnihil reflexis; margine posthumerali toto reflexo-elevato. Pronoto rugis transversis latis parumque elevatis magis minusve percurrentibus et fere parallelis subscabro; linea mediana elevata his rugis hic illicve subinterrupta; punctura pronoti sat remota, subtilissima, latera versus distinctiore. Tegminibus pone partem tertiam basalem latissimis, deinde apicem versus sensim leviter angustatis; apice sat late corrotundato; margine costali modice rotundato.

Nitidula, nigro-picea; pronoto praesertim nitido, haud nisi levissime metallescenti. Tegminibus ferrugineis vel ferrugineo-flavis; maculis 9 in series duas (5+4) obliquas ordinatis, in dimidio basali tegminum positae, limbo angusto costali, basi sensim dilatato, extremitate ipsa basali tegminum parteque reticulata cum

parte adiacente corii nigris; nervatura huius partis reticulatae (limbo latiusculo excepto) ferrugineo-lutea. Pectore et rostro picescentibus. Pedibus abdomineque subferrugineo-flavis; ventre seriebus longitudinalibus quatuor macularum nigrarum signato. Alis sordide hyalinis. Maculae bis binae in clavo positae saepe in ternas vel binas confluent.

Long. cum tegm. $13\frac{2}{3}$ — $14\frac{1}{3}$ mill., lat. hum. $5\frac{1}{2}$ —6 mill.

Borneo (Brunei, coll. mea).

C. Briseidi m. similis, sculptura pronoti facile distinguenda.

Cosmoscarta Polyxena n. spec.

♂. *Mesosterno utrimque ante coxas obsoletissime transversaliter tuberculato. Rostro gracili, trochanteres intermedios paulo superante. Fronte a latere visa infra distinctissime angulum rectum efficiente; fronte ab antico visa nonnihil compressa, infra in tuberculos binos iuxtapositos, impressione sulciformi separatos prominente; vertice frontisque basi impressione transversa lineiformi separatis. Pronoto impunctato, linea mediana anguste et valde distincte elevata instructo, sexangulari; angulis posticis rotundato-deletis; margine postico quam levissime sinuato, humeris vix prominulis, apice rotundatis; marginibus antero-lateralibus levissime rotundatis, leviter reflexis; margine posthumerali anguste obsoleteque reflexo-elevato. Scutello quam latitudine sua vix longiore. Tegminibus circa apicem partis tertiae basalis latissimis, deinde apicem versus longe subaequilatis, apice modice late corrotundatis. Parte reticulata venis fortiter elevatis velut crispata; et disco quoque corii (inter ramos sectoris interioris et inter hunc sectorem et sectorem primum) venulis elevatis sat dense areolato. Tibiis posticis spina unica longiuscula et acutissima nonnihil pone medium posita armatis.*

Nitidula, in pronoto nitidissima. Ferrugineo-flava; meso- et prostethio, vertice scutelloque piceo-nigris; pronoto nigro, pulchre subviridi-metallescenti. Frontis lateribus subpicescentibus. Tegminibus sordide ferrugineo-brunneis, immaculatis; parte fere tertia apicali nigricanti, venis ferruginescentibus. Tarsis tibiisque apicem versus, praesertim posticis plus minusve distincte picescentibus. Alis subsordide hyalinis.

Long. cum tegm. $14\frac{1}{2}$ mill., lat. hum. 5 mill.

Java (coll. mea).

Cosmoscarta (Trichoscarta) bracteata Dist.*Phymatostetha bracteata* Dist., Trans. Ent. Soc. Lond. p. 686 (1900).*Trichoscarta Ruth* Breddin, Soc. Ent. XVII, p. 52 (1902).

Species notis structuralibus, quas l. c. enumeravi, *C. olivaceae* Leth., *C. Eli* Bredd., *C. Deianirae* m., *C. chersonesiae* Dist. et verisimiliter etiam *C. roboreae* Dist. affinissima et a genere *Phymatostetha* Stål removenda.

Cosmoscarta (Trichoscarta) chersonesia Dist. var.

Vitta capitis eburnea usque ad basin verticis percurrente, maculis pronoti quam in forma typica maioribus, lituris tegminum dilute luteis, vitta tegminum secundum suturam clavi deficiente, fascia corii antemediana irregulari, semel interrupta, ramulos duos retrorsum emittente (altero circa medium, altero secundum suturam clavalem); eadem fascia lutea retrorsum macula nigra unica magna irregulari valde transversa et intus suturam clavalem attingente terminatur.

Sumatra (leg. D. Prof. Förster).

Cosmoscarta (Trichoscarta) Deianira n. spec.

♀. *Mesosterno tuberculo vel plica destituto. Rostro longo atque gracili, basin cozarum posticarum attingente; articulis subaequalibus. Fronte ab antico visa nonnihil compressa, infra tuberculis duobus iuxtaposis brevissime conicis armata, a latere visa subtilus angulata. Pronoto sexangulari, densissime et modice subtiliter punctato, inter puncta transversaliter subtiliter ruguloso; linea mediana anguste at distinctissime elevata. Humeris haud prominentibus, rotundatis; marginibus antero-lateralibus subrectis, sat anguste obsoleteque reflexis; margine posthumerali haud reflexo; margine postico distinctissime apertangulariter sinuato. Scutello quam latitudine sua basali longiore, in apicem acuminatum producto, transversaliter rugoso, disco impresso. Tegminibus nonnihil ante medium latissimis, deinde apicem versus leviter angustatis; apice sat late corrotundato. Tibiis posticis nonnihil pone medium spina longa, basin versus spinula obsoleta armatis.*

Nigra, supra opaca, praesertim in tegminum partibus obscure coloratis pubescentia brevi grisea vestita; infra, praesertim in fronte et pectore, nitidiore. Vittula mediana percurrente verticis, vittula frontis basin frontis haud attingente et longe ante medium frontis decurtata iugisque totis usque ad oculos nec non pronoti fascia aequilata et paulum curvata humeros connectente, a basi quam ab apice pronoti paulo longius distante et in propleurorum quoque latera transeunte eburneis. Tegminibus piceo-nigris, levissime viola-

100 *G. Breddin: Ad cognitionem gen. Cosmoscartae Stål.*

cescentibus, apice nonnihil dilutioribus. Limbo scutellari clavi sat angusto, fasciisque duabus tegminum subobliquis (altera paulo ante medium, altera ante partem reticulatam positis) pulchre aurantiacis. Pectore piceo. Rostro pedibusque magis minusve sordide aurantiacis, femoribus posticis piceis.

Long. cum tegm. $14\frac{2}{3}$ mill., lat. hum. $5\frac{1}{3}$ mill.

Borneo (Kina Balu Mons, coll. mea).

Species *C. delineatae* Walk., mihi incognitae, ut videtur, affinis et forte eius varietas; differt praesertim capitis lituris.

Cosmoscarta (?) Silpha n. spec.

♀. *Mesosterno inermi. Rostro minuto, trochanteres anticos vix superante; articulo secundo quam primo sublongiore. Fronte sat fortiter compressa, a latere visa valde convexa, indistincte rectangulari (dimidio basali verticali rotundato, dimidio apicali horizontali, recto). Pronoto sexangulari; humeris leviter prominentibus, apice rotundatis; margine basali truncato; marginibus antero-lateralibus subrectis leviter reflexis; marginibus posthumeralibus tenuissime elevatis. Scutello quam latitudine sua basali vix longiore, rugis destituto. Tegminibus subhorizontaliter positis, pone partem basalem tertiam latissimis, deinde apicem versus leviter angustatis; apice latiuscule rotundato. Spina subbasali tibiatarum posticarum deficiente vel obsoleteissima. Alarum anastomosi secunda, a trunco sectoris interioris furcati longeque ante eiusdem bifurcationem exeunte. Pronoti punctura subtili densoque: linea mediana impunctata, obsolete elevata; tegminibus subtilissime punctulatis.*

Nitidula, subferruginescenti-flava, infra cum pedibus paulo dilutior. Vertice, pronoti macula antica, postice medio incisa, corii macula orbiculari ad marginem costalem mox ante eius medium posita limboque lato apicali tegminum, maximam partem areae reticulatae occupante, propleurorum macula antica oculos tangente nec non apice ipso tarsorum nigris. Mesopleurorum plaga diffusa subpicescenti. Alis leviter sordidescentibus.

Long. cum tegm. 12 mill., lat. hum. 5 mill.

Java merid. (leg. Fruhstorfer, coll. mea).

Habitu et coloribus nonnihil a *Cosmoscartis* divergens et forte ab eo genere removenda.

* * *

Cosmoscarta (Cercopis) semirosea Walk. Butl. et *Cosmoscarta borealis* Dist. propter frontis structuram, situm ocellorum, colores corporisque parvitatem ad aliud quoddam genus, forte ad *Eoscartam* Bredd., pertinent.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Deutsche Entomologische Zeitschrift \(Berliner Entomologische Zeitschrift und Deutsche Entomologische Zeitschrift in Vereinigung\)](#)

Jahr/Year: 1903

Band/Volume: [1903](#)

Autor(en)/Author(s): Breddin Gustavo

Artikel/Article: [Ad Cognitionem gen. Cosmoscartae Stal 81-100](#)